III

Decreto de erección

del Cabildo de esta Santa Iglesia Catedral, expedido por el Ilmo. y Rmo. Sr. Dr. D. Bernardo Gárate.

" Nos el Dr. Don Bernardo Gárate, por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica, primer Obispo de Querétaro.—Por cuanto en las Letras Apostólicas en que se erige esta nueva Diócesis, se previene, que en su Santa Iglesia Catedral haya un Cabildo Eclesiástico, compuesto de un Arcedianato Dignidad, dos Canongías de oficio y cuatro de gracia; en conformidad con esta Suprema disposición, erigimos é instituimos el Cabildo Eclesiástico que lo formará el Arcedianato Dignidad, dos Canongías de oficio, á saber, la Magistral y la Doctoral para cuya provisión se fijarán los Edictos de estilo, y las cuatro Canongías de gracia. — Y para su cumplimiento expedimos las presentes, firmadas de Nos, selladas con el de nuestras armas, y refrendadas por nuestro Secretario de Cámara y Gobierno. Dadas en Querétaro á tres de Febrero de mil ochocientos sesenta y cinco. —F.—BERNARDO, *Obpo. de Querétaro.* — Rúbrica.— Dor. Dom.º Rodz Srio.—Rúbrica."

IV

Rescripto Apostólico

sobre la aplicación de la parte decimal correspondiente á los Párrocos y Parroquias.

"Beatissime Pater. — Vix ac ne vix quidem hujus Ecclesiae possessionem adi, cum gravissimis caepi afflictationibus obrui, eo quod infaustis temporibus miserrimisque redditibus erecta Dioecesi, nec Cathedralis Ecclesiae Capitulum, nec Clericorum Seminarium ob extremam qua ab initio laborant inopiam, ulla polleant diuturnae vitae spe; quia nec pro nunc temporis nec pro futuro, tenuissimi decimarum redditus satis esse videntur, non iam quidem ut splendide sicuti decet, sed nec mediocri decentia divina officia in Cathedrali celebrentur; nec ut Clericalis juventus ad Sacerdotalem vitam rite informentur, prout ipsamet Sacrosancta Religio temporisque ratio expostulant ad populorum mores optimis doctrinis informandos et exemplis.—Hinc fuit quod Ilmus. ac Rmus. D. D. Bernardus Gárate, primus hujus Ecclesiae Antistes, ut primaevae ex his necessitatibus occurreret, cultui nempe Cathedralis Ecclesiae, decimarum partes quae in Bulla de Episcopatus erectione Paroeciis ac Parochis attribuuntur, non ipsis qui non de decimatione, sed de aliis emolumentis, stipendiis et obblationibus jamdiu subsistunt et vivunt; sed Cathedrali Ecclesiae et Capitulo adiudicavit et attribuit, non equidem ut in perpetuum eisdem tribuerentur, sed usque dum Sanctitas Vestra certior facta, vel Apostolica Auctoritate ta-

lem applicationem confirmaret, vel Capituli cessationem seu extinctionem eadem Auctoritate decerneret: quod vero consilium, scilicet Sanctitatem Vestram adeundi, Praedecessor meus morte praeventus nequit reipsa exsecutioni mandare.—Sed cum res ut ita sint absque Suprema Vestra Sanctione minime liceat, humillimis et obsequentissimis precibus Sanctitatem Vestram oro, ut cum sanatione quoad tempus praeteritum, de Apostolica Plenitudine dignetur decernere, quatenus quod praedictus Praesul necessitate ductus agendum duxit, id ipsum in posterum observare fas sit, usquedum vel judicio Episcopi ita expostulet decimalium reddituum inopia, vel quousque Capitularis mensa una cum Fabrica Cathedralis Ecclesiae decem sin minus scutatorum (pesos mesicanos) millia quotannis percipiat: quae summa ex omnium confesso et peculiaribus hujus ditionis Mexicanae circumstantiis attentis, vix sat esse videtur ut Archidiaconus, Canonici sex et Capellani totidem mediocriter vivant, divinaque officia decenter peragantur.—Ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus—Beatissime Pater—devotissimus filius—RAYMUNDUS, *Episcopus de Queretaro*—Queretaro 17 Februarii anno Dom. 1870

"*Ex Aud.a SSmi.—Die 10 Maii 1870.—SSmus. Dnus. Ner. Pius div.a prov.a Papa IX, referente me infrapto. Pro-Secretario S. Congnis. Negotiis Ecclicis. Extraord.is praepositae, attentis expositis et peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, praevia sanatione quoad tempus praeteritum applicationis a defuncto Epo. de Queretaro Cathedrali Ecclesiae et Canonicorum Collegio factae de ea decimarum parte, quae in Bulla erectionis Episcopatus, Paroeciis earumque Rectoribus attributa fuerat, facultatem benigne concessit quoad futurum R. P. D. Raymundo*

Epo. Ori. attribuendi eamdem decimarum partem praedictae Ecclesiae Cathedrali et Canonicorum Collegio usque dum decimarum reddituum inopia judicio ipsius Episcopi ita expostulet, vel quousque mensae Capitulari una cum Ecclesiae Cathedralis fabrica decem scutatorum millia (pesos mesicanos) quotannis percipere datum fuerit. Contrariis quibuscumque minime obfuturis. Datum Romae e Secretaria ejusdem S. Congnis. die, mense, et anno praedictis.—Marinus Archiep. Episcopus Urbevetanus Pro- Secrius."

V

Rescripto Apostólico

relativo á la " POST MORTEM. "

"Beatissime Pater—Episcopus de Queretaro ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter exponit: —Juxta Apostolicas litteras pro hujusce Episcopatus erectione, tam Episcopus, quam Canonici chorique Capellani et Seminarium sustentantur ex decimis, quae quotannis collectae, ea qua in memoratis Apostolicis litteris forma statuitur, inter participes dividitur. Sed cum fructus in decimatione collecti non in ipso quo levantur anno integre praetio expendantur, ideoque pecunia ex venditione comparata, nec eodem tempore, sed diversis in annis percipiatur: ea de causa fit, ut mortuo participe, exempli gratia anno proxime elapso, per duos vel tres, vel plures insequentes annos, aliqua ei decimarum portio, ex fructibus nempe anno proxime elapso levatis, sed nonnisi po-

sterioribus annis divenditis contingat: ex quo permagnus quidem in decimarum rationibus reddendis oritur labor, ut gliscentibus erroribus et mendis, nullus in eis pateat incessus.—Cum vero, ut huic ingenti et periculoso occurram incommodo nullam tutiorem viam inveniam quam decimarum divisionem inter participes peragere, non quidem cum respectione ad tempus quo fructus in agris colliguntur, sed tantummodo ex numerata pecunia quae eorumdem fructuum venditione singulis annis accipitur; de mei Capituli consensu Sanctitatem Vestram enixe deprecor, ut ex Apostolica plenitudine id ipsum in posterum hac in Dioecesi fieri decernat: quatenus mortuo Canonico, seu alio participe, nullum deinceps haeredibus competat jus in praetium, quod ex fructuum venditione post mortem participis excipiatur.—Est autem, Beatissime Pater, et aliud in decimarum rationibus incommodum, cui ut Sanctitas Vestra benigne occurrat, humillimis item precibus exposco: quia si id videlicet, quod per viam restitutionis decimarum aliquoties traditur Episcopo, inter participes annorum quibus restitutio respondet, uti aequum est dividatur, difficiliores adhuc decimarum rationes evadunt, quoniam pluribus annis praeteritis plerumque restitutio respondet, vel incertum prorsus est annum cui haec ipsa competat, vel eadem restitutio exiguis specierum quantitatibus aut pecuniae summulis fiat: quod utique erroris et mendarum periculum penitus evanescet si hujusmodi restitutionum divisio, non inter participes eorum quibus unaquaeque restitutio respondet annorum locum habeat, sed tantummodo inter participes temporis quo reapse restituitur. Hinc est ergo, Beatissime Pater, quod Sanctitatem Vestram instantissime obsecrem, quatenus cum sanatione pro decimarum restitutionibus quas aliis piis operibus ad hunc usque diem applicavi, eorumdem restitutionum, modo praedicto exinde divisionem peragi, Apostolica sollicitudine sancire dignetur.—Quare &.—Queretari die 15. Martii anni 1876."

"*Die 15. Maii 1876. SSmus. Dnus. Noster, audita relatione infrascripti Secretarii S. Congregationis Concilii, attentisque peculiaribus circumstantiis, facultatem in omnibus juxta petita, accedente tamen Capituli consensu, Episcopo de Queretaro Oratori benigne impertitus est; contrariis quibuscumque non obstantibus.—P. Card. Caterini Praef.*"

VI

Rescripto Apostólico

facultando para sustituir la Canonjía Doctoral con la Penitenciaria, y Decreto Episcopal disponiendo la sustitución.

"Nos el Dr. Don Ramón Camacho, por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica Obispo de Querétaro.—Por cuanto, teniendo razones de gran peso, hemos creido conveniente modificar el decreto expedido por Ntro. Ilmo. y Rvmo. Predecesor en tres de Febrero de mil ochocientos sesenta y cinco, por el que quedó erigido el V. Cabildo de Nuestra Sta. Iglesia Catedral: y por cuanto, al efecto hemos obtenido para ello, la competente autorización Apostólica, como consta por el Rescripto expedido en ocho de Diciembre de 1876, que á la letra dice:—"Ex Audientia SSmi.—Die 8 Decembris 1876—SSus. Dominus No-

ster Pius divina providentia PP. IX, referente me infrascripto S. Congnis. Negotiis Ecclicis. extraordinariis praepositae Secretario, attentis expositis et peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, benigne annuit, ut R. P. D. Raymundus Epus. de Queretaro, Capituli Cathedralis accedente consensu, Canonicatum Poenitentiarium loco Doctoralis in Ecclesia Cathedrali erigere possit ac valeat. Contrariis quibuscumque minime obfuturis. Datum Romae e Secretaria ejusdem S. Congnis., die, mense et anno praedictis".—Por tanto, en virtud de dichas letras Apostólicas, y del consentimiento prestado por Nuestro M. Y. y V. Cabildo en seis del corriente, según consta por el Libro de Actas respectivo: hemos tenido á bien ordenar y decretar, como efectivamente *ordenamos y decretamos:* que el mismo Cabildo Ecco. conste en lo succesivo del Arcedianato Dignidad, de dos Canongías de oficio, á saber, la Penitenciaria y Magistral para cuya provisión se fijarán los Edictos de estilo, y de las cuatro Canongías de gracia.—Y para su cumplimiento expedimos las presentes, firmadas de Nos, selladas y refrendadas por el Oficial Mayor de nuestra Secretaría de Cámara y Gobierno. Dadas en Querétaro á siete de Febrero de mil ochocientos setenta y siete.—RAMÓN *Obpo. de Queret.* RÚBRICA—Por mandado de S. S. Y.—LIC. MATEO BORJA Y TORRES *Of. Mr.*—Rúbrica."

———

VII

Rescripto Apostólico

relativo á los días de que puede disponer el Magistral.

———

"Beatissime Pater=Episcopus de Queretaro in Ditione Mexicana S. V. quae sequuntur devotissime exponit. Juxta consuetudinem universaliter receptam, in omnibus ecclesiasticis provinciis Reipublicae Mexicanae, in Ecclesia Cathedrali de Queretaro usus receptus est, et quidem in constitutionibus capitularibus sancitus, cujus vi Canonicus Praedicator in eadem Ecclesia Cathedrali praesentia gaudet in choro, per tres dies praecedentes diei quo concionatur, ut his diebus debite seipsum praeparare possit, et ita concio majori cum spirituali fidelium profectu habeatur. Haec praxis servatur pene ab ipsa erectione hujus Ecclesiae, per triginta scilicet annos plus minusve, sed cum decisiones S. Congr. in Vallisoletana et Ovetensi diebus 29 Aprilis 1899 et 27 ejusdem mensis anni 1901 respective datis, Canonicis Praedicatoribus harum Cathedralium similem praxim denegaverint, Episcopus Orator de ejusdem praxis legitimitate vehementer dubitat, et ut conscientiae suae in re tanti momenti opportune provideat, a S. Congr. subsequentium dubiorum solutionem enixe postulat. I. An possit tuto retineri praxis hujus Ecclesiae de Queretaro, juxta quam Canonicus Praedicator censetur praesens in choro, ad effectum lucrandi distributiones quotidianas, per *tres dies integros* diei concionis praecedentes, quoties concionem est habiturus in Ecclesia Cathedrali? II. Et quatenus negative, an possit ob-

tineri indultum Apostolicum ad ejusmodi praxim obtinendam?"

"*Die 18 Aprilis 1902. S. Congregatio Concilii Trid. Interpres ad suprascripta respondit: = Ad Ium Negative. = Ad IIum vero benigne indulsit ut Episcopus Orator pro suo arbitrio et conscientia veniam vacandi per duos dies dumtaxat gratis concedere valeat, per quinquennium.* = A. Card. DI PIETRO *Praef.* = B. Arcpus Nazianzen, *Secrius.*"

VIII

Rescriptos Apostólicos

relativos á la aplicación de la parte decimal perteneciente á Hospitales y Obras pias.

"Bmo Padre,—Raffaele Camacho, vescovo di Queretaro, previo il bacio del S. piede, umilmente espone quanto segue: Nella bolla di erezione della diocesi, é stabilito che della metá delle decime tre parti siano per i parroci, due parti per il Seminario, una per i beneficiati e mansionarii della Cattedrale un nono e mezzo sia attribuito alle fabbriche ed alle Sagrestie delle chiese parrocchiali, ed un altro nono e mezzo agli Ospedali e pii istituti soggetti all' autoritá ecclesiastica. Questa parte destinata ai luoghi pii é stata finora erogata per la Fabbrica e per i Canonici della cattedrale per semplice epikeia, forse *ob inopiam aeddituum*, e perché siffatte pie istituzioni soggette all' Autoritá ecclesiastica non esistono nella sua Diocesi. Altrettanto é avvenuto della porzione che toccava ai parroci e chiese parrocchiale ma ció con facoltá apostolica.—Ora, trovandosi il Seminario in bisogno, l' oratore implora la facoltá di applicare a beneficio di questo la suddetta porzione percepita finora dalla cattedrale e dovuta ai luoghi pii. Implora inoltre, per tranquillitá di coscienza, una benigna sanazione per il passato in ordine a queste decime, godute fino ad oggi dalla Fabbrica e dai Canonici della Cattedrale. —L' implorata grazia non sará accolta, con dispiacere dal Capitolo, poiche, oltre ad essere questo conscio delle necessitá del Seminario, non ha alcun diritto a ció che finora ha goduto per semplice epikeia, e d' altronde tanto ad esso, quanto alla Fabbrica é sufficientemente provveduto colla porzione delle Decime stabilita dalla bolla, e con l' altra che spetterebbe ai parroci ed alle chiese parrocchiali.—Inoltre vi é speranza che la rendita delle decime vada sempre piú aumentando. Che ecc."

"*Ex Audientia Ssmi.—die 21 Octobris 1902.—Ssmus. D N. Leo div. Prov. Pp. XIII, referente infrascripto S. Congr. Negotiis Eccles. Extraordinariis praepositae Secretario, benigne annuit pro gratia juxta preces, dummodo vera sint exposita; et expetitam sanationem benigne concessit. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae e Secretaria ejusdem S. Congr. die et anno praed.*—PETRUS, ARCH. CAESARENSIS, *Secretarius.*"

RATIFICACIÓN DE LA GRACIA QUE ANTECEDE.

"Beatissime Pater—Raphael S Camacho, Episcopus de Queretaro in Mexicana Ditione, ab pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, reverenter exponit: quod per Rescriptum Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis Praepositae, die